



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vera Concilii Tridentini Historia

Contra falsam Petri Suavis Polani narrationem

Pallavicino, Sforza

Antverpiae, 1670

Argvmentvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11718

HISTORIÆ CONCILII TRIDENTINI LIBER DECIMVS NONVS.

ARGUMENTVM.

DOCVMENTA Lotharingo Cardinali tradita. Sebastianus Gualterius Viterbiensis Antistes ad agendum cum eo à Pontifice missus. Exceptus in cœtu Lotharingus. Litteræ Francisci Regis ad Synodum. Oratio Lotharingi, & responsio reddita priùs à Mantuano, dein ab Archiepiscopo Iadrensi. Altera oratio deinceps habita ab Oratore Ferrerio. Alienatio Lotharingi à Simonetta Legato, & varijs eius sensus indicati Presidibus & Gualtero. Sessio prorogata, & quâ conditione. Memorabilia quorundam optimatum funera. Discessus Oratoris Bauarici ob dissidium cum Heluetio. Varia agitata consilia ad concordandas fēdes Oratorum Gallici & Hispanici, sed irrita. Adhibita à Molinenſi Senatore studia apud Hispanos Praesales. Perturbatio in cœtu excita ab Episcopis Guadicensi & Aliphano. Maximilianus Bohemiæ Rex, Romanorum Rex renuntiatus, & edita in Synodo ea de causa lātitiae argumenta. Regis Nauarri mors. Prima Lotharingi dissertatio de institutione Episcoporum, cui complures, non item omnes Episcopi Gallie adhæsere. Canonum forma ab eo proposita in agitatis argumentis. Alia eiusdem sententia de mansione. Nouæ litteræ moderatæ Regis Hispani ad suos ministros, ne Pontificem neque Gallos lāderent. Lotharingi

Pars III.

Hh

ringi

ringi querelæ. Sessio iterum prorogata, & quo pacto. Vicecomes Romanum à Legatis missus, & quibus mandatis. Impensa à Gualterio opera ad abstergendas suspicções mutuas inter Pontificem & Lotharingum. Pelueus ad Archiepiscopatum Senonensem promotus. Supplicatio habita ob religionis negotia in Gallia, ac breui allati nuntijs victoriæ à Catholicis reportatae. Edita ob id gaudia. Creatio Cardinalium Gonzagæ & Medicei. Consilium Pontificis adeundi Bononiam, cohortantibus Seripando ac Lotharingo; debortante Mantuano. Tradita Legatis à Pontifice mandata de ratione agendi cum Lotharingo, componendique controværias; ac liberum eorum responsum. Quartus Februarij dies Sessioni statutus. Triginta quatuor postulata ab Oratoribus Gallicis exhibita Legatis. Gualterius Romanum missus, de iis acturus cum Pontifice nomine Lotharingi. Excogitata ratio à Legatis & Lotharingo ad concinnandos Canones de auctoritate Summi Pontificis & Episcoporum; & repugnantia, quam is offendit in suis Gallis, atque in Hispanis. Lotharingus & Madruccius electi cum facultate alios aduocandi ad componendum Decretum de mansone. Difficultates & contentiones exortæ in eo conuentu. Decretum pluribus ex electis Patribus probatum; sed obices iniecti postea à multis Canonum peritis. Lancellottus missus ad Lunensem Comitem, tamquam ad destinatum Catholicæ Reginæ Oratorem, ut i se festinaret. Illius reditus, & allatum ab eo responsum. Declaration ab Oratoribus Gallicis habita de prærogatiua Concilij supra Romanum Pontificem, à Legatis viriliter reiecta. Aduentus Oratoris Sabaudi. Reditus Vicecomitis Romæ, & allatæ ab eo responses. Desperata concordia conficiendi breui Canones & Decreta, adeoque prolatæ Sessio ad vigesimam secundam Aprilis; iniuncta interim etiam in tractatione Sacramenti Matrimonij. Sensus precedens Præsidum, Lotharingi, & Oratorum de hac prorogatione, & varia de illa sententia in conuentu.

CAPVT